CANDIDO LECTORI

GVIDO FABR. BOD. IN TABVLAM TITVLORVM TOTIVS NOVI TESTAMENTI SYRIACI.

NE QVID ad totius Regij huius operis complementum deeſſet, candide Lector, feſtorum rituumque ab omnibus Chriſtianis Eccleſiis Aſiæ receptorum Indicem hîc etiam addendum duximus, prout & in codice Viennenſi, & in antiquiſſimo exemplari manuſcripto Eccleſiaſtici huiuſmodi ritus & ceremoniæ, titulis paſſim in nouo Teſtamento interiectis, continebantur. Atque vt pauca de multis Syrorum obſeruationibus intelligant Catholicæ Romanæque Eccleſiæ alumni; libuit hîc adſcribere, quæ in Epiſtola quadam Iohannes Albertus VVidmanſtadius Iuriſconſultus, & Hexarchiæ Orientalis Auſtriæ, dum in viuis ageret, Cancellarius, annotauit. Sic enim futurum ſperamus, vt & plus lucis ad hunc indicem intelligendum, & plus ponderis ad faciendam omnibus fidem de conſenſu Orientalis Eccleſiæ cum Occidentali tanti viri teſtimonium afferat. Propria itaque eius verba ſubiungo: Operæpretium, inquit, in præſentia facturum me arbitratus ſum, ſi capitum titulos, horum librorum contextui interiectos ſecernerem, eosque in Feſtos dies anniuerſarios, quos Syri vetuſtiſsimo, atque ex Apoſtolorum doctrina deriuato inſtituto agunt, deſcriberem, latinosque è regione factos, huius operis fini adplicarem: vt ij, quibus Latinæ Eccleſiæ ritus inuiſi ſunt, vel hinc facilè intelligerent, apud Syros Chriſtianorum omnium primos, eoſdem ferè, aut certè ab illis, propter quos à communi Eccleſiæ conſenſu diſtracti nuper ſunt, non alienos ritus & mores ad hanc vſque ætatem extitiſſe. Atque vt dilucidiora hæc fiant, paucis nonnulla apud vos perſequi libet, quæ ad finem huius operis, per hos Dierum & Sacrorum indices properanti in mentem venerunt: reliqua in libro qui ܒܝܬ ܓܙܐ hoc eſt, Ærarium, inſcribitur, & Ephremi, Iacobi, Balaij, Cocoij, aliorumque & vitæ ſanctitate & doctrina excellentium Syrorum auctoritate conſtat, diffuſè explicata ſunt. Anni igitur Ritualis initium circiter Cal. Nouembr. ita ſtatuunt Syri, vt Natalem Chriſti Dominici dies VIII. antecedant: Primo templi dedicationem celebrant: Altero Encænia: Tertio Annuntiationem Zachariæ patri, de Iohan. Baptiſtæ filij ortu factam: Quarto Annuntiationem Virgini Mariæ de filio Dei in hanc vitam per eam ingreſſuro factam: Quinto Virginis matris ad Eliſabam profectionem, quam celebritatem Vrbanus VI. Pont. Max. Apoſtolica ſede ex eo ſchiſmate, quod tandem Conſtantienſis Concilij auctoritate extinctum fuit, grauiſsimè laborante, in Eccleſiam Latinam introduxit: Sexto Natiuitatem Iohan. Baptiſtæ: Septimo Oraculum Ioſepho editum de grauida, præter expectationem, coniuge non deſerenda: Octauum autem diem Dominicum, Antenatalitium appellant: quem die XXV. Decembris Natalis Ieſu Chriſti, poſtero Virginis puerperæ, tertio inde die Innocentum puerorum celebritas, hanc Dominicus à Natali proximus, poſteaque niſi in ipſum quoque incidat, Circunciſionis Chriſti feſtus dies ſequitur: Sexta deinceps luce Epiphaniæ, quæ & Luminũ feriæ à Syris dicuntur, & luminarium frequentiore vſu celebrantur, ſuccedunt. Ea nocte Aqua ſolenni precatione ſacratur, quæ toto anno in Sacrariis conſeruari ſolet. Capitis Iohannis Baptiſtæ amputationem altero die celebrant, ac inde ab Epiphaniis numerant aliquot Dominicos dies, quibus ſubiunguntur tridui Rogationes, quas Niniuiticum ieiunium appellant; dehinc Chriſti templo oblati dies, ordineque ſuo Dominici funebres duo, prior ſacerdotibus, poſterior cæteris vita defunctis Chriſtianis dicati, quibus eorum ſepulchra ceremoniis ſtatis obire conſueuerunt: dein qui ſequuntur dies Dominici ſex, Ieiunij appellatione cenſentur, cuius dies XL^s. præcipuo Syrorum cultu, propter integrum, æquè ac XX^s. propter dimidium Quadrageni Ieiunij tempus emenſum notabilis, in Veneris diem à Dominico ſexto proximum incidit: quem Lazari à mortuis excitati Sabbathum, & mox Dominicus dies Hoſchanæ, quem nos Palmarum nominamus, conſequuntur. Hebdomada inde continua à paſsione & quiete Chriſti, nomen apud eos accepit: in qua Iouis dies propter ſacræ Synaxeos myſteria, Secretorum nuncupatur: quo & chriſma ob Sacerdotium eo die inſtitutum à Pontificibus conſecratur, ablutionisque pedum ceremonia peragitur. Sabbathum eius hebdomadæ Annuntiationis idcirco appellatur, quòd eo Chriſtus patribus apud Inferos agentibus annuntiarit, extremo ſuo ſupplicio ſalutem eis partam iam eſſe. Dominicæ Reſurrectionis dies à Syris Magnus, & octauus ab eo, Nouus, diesque labentis inter vtrunque ſeptimanæ, Candidatorum vocantur: non alia profectò ratione, quàm Latina Eccleſia Sabbathum & hunc ipſum Dominicum diem in Albis appellat. Nam cùm olim Chriſtianæ militiæ ſacramento obligandi, per hoſce tantùm dies, & ab Epiſcopis tantùm, ſacro fonte abluerentur, linteisque tunicis candidis & cucullatis profeſsionem ſuam teſtarentur; hoc die Dominico Epiſcopo ſeſe offerre, veſtes candidas ponere, ac, ſi qui Romæ baptizati fuiſſent, à Pontificib. Max. cerea ſigilla vexilliferi agni

† figura

CANDIDO LECTORI

GVIDO FABR. BOD. IN TABVLAM TITVLORVM TOTIVS NOVI TESTAMENTI SYRIACI.

NE QVID ad totius Regij huius operis complementum deeſſet, candide Lector, feſtorum rituumque ab omnibus Chriſtianis Eccleſiis Aſiæ receptorum Indicem hîc etiam addendum duximus, prout & in codice Viennenſi, & in antiquiſſimo exemplari manuſcripto Eccleſiaſtici huiuſmodi ritus & ceremoniæ, titulis paſſim in nouo Teſtamento interiectis, continebantur. Atque vt pauca de multis Syrorum obſeruationibus intelligant Catholicæ Romanæque Eccleſiæ alumni, libuit hîc adſcribere, quæ in Epiſtola quadam Iohannes Albertus VVidmanſtadius Iuriſconſultus, & Hexarchiæ Orientalis Auſtriæ, dum in viuis ageret, Cancellarius, annotauit. Sic enim futurum ſperamus, vt & plus lucis ad hunc indicem intelligendum, & plus ponderis ad faciendam omnibus fidem de conſenſu Orientalis Eccleſiæ cum Occidentali tanti viri teſtimonium afferat. Propria itaque eius verba ſubiungo: Operæpretium, inquit, in præſentia facturum me arbitratus ſum, ſi capitum titulos, horum librorum contextui interiectos ſecernerem, eoſque in Feſtos dies anniuerſarios, quos Syri vetuſtiſsimo, atque ex Apoſtolorum doctrina deriuato inſtituto agunt, deſcriberem, latinoſque è regione factos, huius operis fini adplicarem: vt ij, quibus Latinæ Eccleſiæ ritus inuiſi ſunt, vel hinc facilè intelligerent, apud Syros Chriſtianorum omnium primos, eoſdem ferè, aut certè ab illis, propter quos à communi Eccleſiæ conſenſu diſtracti nuper ſunt, non alienos ritus & mores ad hanc vſque ætatem extitiſſe. Atque vt dilucidiora hæc fiant, paucis nonnulla apud vos perſequi libet, quæ ad finem huius operis, per hos Dierum & Sacrorum indices properanti in mentem venerunt: reliqua in libro qui ܟܬܒܐ ܕܓܙܐ hoc eſt, Ærarium, inſcribitur, & Ephremi, Iacobi, Balaij, Cocoij, aliorumque & vitæ ſanctitate & doctrina excellentium Syrorum auctoritate conſtat, diffusè explicata ſunt. Anni igitur Ritualis initium circiter Cal. Nouembr. ita ſtatuunt Syri, vt Natalem Chriſti Dominici dies VIII. antecedant: Primo templi dedicationem celebrant: Altero Encænia: Tertio Annuntiationem Zachariæ patri, de Iohan. Baptiſtæ filij ortu factam: Quarto Annuntiationem Virgini Mariæ de filio Dei in hanc vitam per eam ingreſſuro factam: Quinto Virginis matris ad Eliſabam profectionem, quam celebritatem Vrbanus VI. Pont. Max. Apoſtolica ſede ex eo ſchiſmate, quod tandem Conſtantienſis Concilij auctoritate extinctum fuit, grauiſsimè laborante, in Eccleſiam Latinam introduxit: Sexto Natiuitatem Iohan. Baptiſtæ: Septimo Oraculum Ioſepho editum de grauida, præter expectationem, coniuge non deſerenda: Octauum autem diem Dominicum, Antenatalitium appellant: quem die XXV. Decembris Natalis Ieſu Chriſti, poſtero Virginis puerperæ, tertio inde die Innocentum puerorum celebritas, hanc Dominicus à Natali proximus, poſteaque niſi in ipſum quoque incidat, Circunciſionis Chriſti feſtus dies ſequitur: Sexta deinceps luce Epiphaniæ, quæ & Luminũ feriæ à Syris dicuntur, & luminarium frequentiore vſu celebrantur, ſuccedunt. Ea nocte Aqua ſolenni precatione ſacratur, quæ toto anno in Sacrariis conſeruari ſolet. Capitis Iohannis Baptiſtæ amputationem altero die celebrant, ac inde ab Epiphaniis numerant aliquot Dominicos dies, quibus ſubiunguntur tridui Rogationes, quas Niniuiticum ieiunium appellant; dehinc Chriſti templo oblati dies, ordineque ſuo Dominici funebres duo, prior ſacerdotibus, poſterior cæteris vita defunctis Chriſtianis dicati, quibus eorum ſepulchra ceremoniis ſtatis obire conſueuerunt: dein qui ſequuntur dies Dominici ſex, Ieiunij appellatione cenſentur, cuius dies XL[s]. præcipuo Syrorum cultu, propter integrum, æquè ac XX[s]. propter dimidium Quadrageni Ieiunij tempus emenſum notabilis, in Veneris diem à Dominico ſexto proximum incidit: quem Lazari à mortuis excitati Sabbathum, & mox Dominicus dies Hoſchanæ, quem nos Palmarum nominamus, conſequuntur. Hebdomada inde continua à paſsione & quiete Chriſti, nomen apud eos accepit: in qua Iouis dies propter ſacræ Synaxeos myſteria, Secretorum nuncupatur: quo & chriſma ob Sacerdotium eo die inſtitutum à Pontificibus conſecratur, ablutioniſque pedum ceremonia peragitur. Sabbathum eius hebdomadæ Annuntiationis idcirco appellatur, quòd eo Chriſtus patribus apud Inferos agentibus annuntiarit, extremo ſuo ſupplicio ſalutem eis partam iam eſſe. Dominicæ Reſurrectionis dies à Syris Magnus, & octauus ab eo, Nouus, dieſque labentis inter vtrunque ſeptimanæ, Candidatorum vocantur: non alia profectò ratione, quàm Latina Eccleſia Sabbathum & hunc ipſum Dominicum diem in Albis appellat. Nam cùm olim Chriſtianæ militiæ ſacramento obligandi, per hoſce tantùm dies, & ab Epiſcopis tantùm, ſacro fonte abluerentur, linteiſque tunicis candidis & cucullatis profeſsionem ſuam teſtarentur; hoc die Dominico Epiſcopo ſeſe offerre, veſtes candidas ponere, ac, ſi qui Romæ baptizati fuiſſent, à Pontificib. Max. cerea ſigilla vexilliferi agni

† figura

figura expreſſa, & aquæ chriſmatis admixtione conſecratæ immerſa, tanquam ſymbola Baptiſmatis amuletaque ſacra accipere conſueuerunt: atque adeò miniſtros Baptiſmi baptizatosque, candidatos eſſe debere receptum fuit, vt Epiſcopi, quibus tum ſolis baptizandi munus deferebatur (ne obueniente neceſſitate, officio ſuo deeſſe vſpiam poſſent) abſque lintea tunica candida in publicum nunquam prodirent. Vnde tunicæ eiuſmodi vſus à ſummis aliiſque Pontificibus (niſi minores Pontifices, è monaſtica vita ad eum dignitatis gradum euocati ſint) ad hanc vſque diem retentus fuit: qui ſuccedentibus inde ſæculis etiam Pileatis Notariis, ad ſcribendas in vrbe Romana Martyrum hiſtorias olim deſtinatis, tanquam inſigne dignitatis fuit permiſſus. Sacræ porrò ceræ illius imagines, quas Agnos Dei appellãt, in Vaticanæ Baſilicæ apſide teſſellati operis, aræ pontificiæ imminente, ex Conſtantiniani operis ſtructura extant: quas mihi olim Marcellus II. Pont. Max. ſanctiſſimusque, iam tum priuatus, veluti argumentum ceremoniæ ante Conſtantini Magni imperium vſitatæ oſtendit. Sed hæc de Candidatorũ hebdomada ſatis. A Dominico hoc die Nouo, quarto, ni fallor, Veneris die, ſunt Auri feriæ, quibus Petri Apoſtoli claudum ad Specioſam portam ſanantis Memoria, ſolenni quiete cultuque repetitur. Auri verò nomine ex Petri reſponſo, quo ſibi aurũ argentumq. eſſe negauit, deſignatæ fuerunt. Aſcenſionis dies à Reſurrectione Quadrageſimum, & Dominicus Pentecoſtes ſuum, hoc eſt, Quinquageſimum implet. Hoc die Syri genibus nixi, parteq. corporis ſupra genua extante erecta precantur: quem ritum ipſi Genuum Poſitionem, qua eo tantum die vtuntur, appellant. reliquis enim anni diebus, adorantium aut ſupplicantium ſpeciem, vel prono corporis motu exhibent, vel terræ oſculatione, à qua nulla interpoſita mora reſurgunt, vt à Mahomedanis, qui Engonaſi illa vti ſolent, differrent. Religioſè etiam ſanctam Crucem venerantur, à cuius die nonnulli quoque Dominici dies nuncupati fuerunt. Incruentum verò illud ſacrificium ܩܘܪܒܢܐ illi vocant, & ea quæ ante id peraguntur ܩܘܪܒܐ id eſt, Acceſſus vel oblatio. Quapropter nimiam ſecuritatem polliceri opinionibus ſuis videntur, qui è Catholicis ſacris, donorum, munerum, & ſacrificiorum mentionem conantur eximere, perſuaſumque habent, ad arbitrium ſuum reuocatum iam eſſe, quicquid Latinæ Eccleſiæ Pontifices, Patrumque concilia quacunque ætate cenſuerunt: cùm de iſtorum mobilitate præter multò maximam Europæ partem, etiam Aſiaticæ & Africanæ Eccleſiæ non modò præiudicent, ſed preterea etiam in hoc iudicent grauiſſimè, quòd Veſpertinas, Nocturnas, Matutinas, aliaſque precationes, in certas horas diſtributas habeant: Defunctorum memoriam in Sacrificiis retineant: Sacerdotes & Epiſcopos, templa item & altaria, ac demum etiam Epiphaniarum nocte aquam populo in domos toto anno diſtribuendam ſacrent: Ieiuniorum ſtatorum leges inſigni abſtinentia obſeruent: Monaſticæ vitæ mancipandos tondeant: Sacerdotes & Monachos, poſtquam mariti facti ſunt, à Sacris tractandis arceant: aliaque infinita in maiorum ſuorum more antiquiſſimo poſita conſeruent, in quibus abrogandis Latinæ Eccleſiæ aduerſarij, vt à communi Religionis Catholicæ conſenſu ſecederet, ſatis iuſtas & ſpecioſas cauſas ſe habuiſſe videntur. Hæc ille. Quæ à me huc allata vt ab homine vnitatis totius Eccleſię Chriſtianæ, atque collectionis omnium membrorum eius ſtudioſiſſimo æqui bonique conſulas velim, beneuole Lector, inſumptique à nobis laboris fructus, pari animi candore, quo à nobis proficiſcuntur, excipias, te etiam atque etiam rogo. Bene vale. Antvverpiæ in ædibus Chriſtophori Plantini Catholicæ Maieſtat. Prototypographi. &c.

[illegible]
[illegible]
[illegible]

TABVLA EVANGELICARVM LECTIONVM, SICVTI EÆ EX MATTHAEO, MARCO, LVCA, ET IOHANNE IN DOMINICOS ET feſtos dies anniuerſarios, Eccleſiæ Syriacæ ritu diſtribuuntur. Numeri verſibus ſingulis adſcripti, ad paginas, in quibus Lectionum eiuſmodi capita literis minoribus diſtincta ſunt, referri debent.

[illegible]
Veſpere Dedicationis Eccleſiæ, item Electionis Epiſcopi diem præcedente. Pag. 440

[illegible]
Die commemorationis Symonis Petri: Item Dedicationis Eccleſiæ, & Electionis Epiſcopi. 498

[illegible]
Ad Oblationem, Eccleſiæ Encænijs. 398

[illegible]
Lectio, Encænijs Eccleſiæ. 444

[illegible]
Lectio matutina, Annunciatione Zecario. 232

[illegible]
Lectio ad Oblationem, Annuntiatione Zecario. 310

[illegible]
Annuntiatione Genitricis Dei. 236

[illegible]
Profectione Mariam ad Eliſaba. 238

[illegible]
Matutinis Natiuitatis Iouchanon. 238

[illegible]
Reuelatione Iauſeph. 4

[illegible]
Dominica ante Natiuitatem. 2

[illegible]
Ad Veſperam Natalitiorum. 4

[illegible]
Lectio in feſto Natiuitatis Domini noſtri. 386

[illegible]
Matutinis feſto Natiuitatis. 242

[illegible]
Ad matutinam infanticidij. 6

[illegible]
Ad Oblationem interfectionis puerorum. 8

[illegible]
Dominica poſt Natalem. 246

[illegible]
Die Circumciſionis Domini noſtri. 254

[illegible]
Lectio feſti Epiphaniæ. 144

Feſto Epiphaniæ. 8 [illegible]

[illegible]
Ad Oblationem feſti Epiphaniæ. 248

[illegible]
Ad Veſperam amputationis capitis Iouchanon. 62

[illegible]
Matutinis Decapitationis Iouchanon Baptiſtæ. 180

[illegible]
Ad Oblationem Decapitationis Iouchanon. 44

[illegible]
Ad Veſperam Dominicæ poſt Epiphaniam. 146

[illegible]
Dominica poſt Epiphaniam. 12

[illegible]
Dominica poſt Epiphaniam. 274

[illegible]
Matutinis Dominicæ poſt Epiphaniam, & de Baptiſmo. 396

[illegible]
Matutinis Dominicæ poſt Epiphaniam. 388

[illegible]
Ad Oblationem Dominicæ poſt Epiphaniam. 390

[illegible]
Veſpere Dominicam II. poſt Epiphaniam præcedente. 252

[illegible]
Eodem. 48

[illegible]
Ad Oblationem Dominicæ II. poſt Epiphaniam. 430

[illegible]
Matutinis Dominicæ III. poſt Epiphaniam. 412

[illegible]
Ad Oblationem Dominicæ III. poſt Epiphaniam. 390

[illegible]
Veſpere Dominicam IIII. poſt Epiphaniam præcedente. 192

[illegible]
Matutinis Dominicæ IIII. poſt Epiphaniam. 206

[illegible]
Ad Oblationem Dominicæ IIII. poſt Epiphaniam. 414

[illegible]
Ad Oblationem Dominicæ V. poſt Epiphaniam. 358

[illegible]
Ad Oblationem Dominicæ VI. poſt Epiphaniam. 168

[illegible]
Lectio Rogationum. 316

[illegible]
Matutinis Introitus Domini noſtri in templum. 244

[illegible]
Ad Oblationem Introitus Domini noſtri. 246

[illegible]
Dominica Sacerdotum. s. defunctorum. 118

† 2 [illegible]

Ad Oblationem Dominicæ Sacerdotum. 116
Ad eandem. 58
Lectio ad Veſperas Dominicæ defunctorum. 334
Lectio defunctorum. 116
Lectio defunctorum. 104
Oblatio defunctorum. 204
Lectio defunctorum. 410
Commemoratione defunctorum. 36
Lectio defunctorum. 44
Lectio Martyrum & defunctorum. 164
Veſpere Dominicam ante Ieiunium præcedente. 52
Lectio matutinis Dominicæ ante Introitum Ieiunij. 332
Dominica Introitus Ieiunij. 252
Matutinis Dominicæ Introitus Ieiunij. 372
Dominica Introitus Ieiunij, & Oblatione Quadrageſimæ. 10
Lectio ad Veſperas Feria VI. ſeptimanæ primæ Ieiunij. 336
Lectio ad Oblationem ſeptimanæ primæ Ieiunij. 32
Veſpere III. feriam ſeptimanæ I. Ieiunij præcedente. 302
Matutinis III. feriæ ſeptimanæ primæ Ieiunij. 16
Tertia feria ſeptimanæ primæ Ieiunij. 24
Veſpere IIII. feriam ſeptim. I. Ieiun. præced. & de patrib. 270
Matutinis IIII. feriæ ſeptimanæ primæ Ieiunij. 22
Veſpere V. feriam ſeptimanæ primæ Ieiunij præcecedente. 330
Lectio veſpertina VI. feriæ ſeptimanæ primæ Ieiunij. 336
Matutinis VI. feriæ ſeptimanæ primæ Ieiunij. 26
Veſpere Dominicam ſecundam Ieiunij præcedente. 30
Septimana ſecunda Ieiunij. 200
Matutinis Dominicæ ſecundæ Ieiunij. 148
Oblatio Dominicæ ſeptimanæ ſecundæ Ieiunij. 338
Secunda feria ſeptimanæ ſecundæ Ieiunij. 292
Eadem. 22
Tertia feria ſeptimanæ ſecundæ Ieiunij. 24
Quarta feria ſeptimanæ ſecundæ Ieiunij. 56
Quinta feria ſeptimanæ ſecundæ Ieiunij. 278
Sexta feria ſeptimanæ ſecundæ Ieiunij. 84
Veſpere Dominicæ III. Ieiunij. 32
Matutinis Dominicæ tertiæ Ieiunij. 408
Ad Oblationem Dominicæ III. Ieiunij. 150
Secunda feria tertiæ ſeptimanæ Ieiunij. 46
Eadem feria. 70
Tertia feria tertiæ ſeptimanæ Ieiunij. 70
Lectio quintæ feriæ ſeptimanæ tertiæ Ieiunij. 340
Feria ſexta ſeptimanæ tertiæ Ieiunij. 312
Sabbato ſeptimanæ tertiæ Ieiunij. 50
Veſpere Dominicam IIII. Ieiunij præcedente. 70
Dominica hebdomadis quartæ Ieiunij. 186
Matutinis Dominicæ quartæ Ieiunij. 178
Oblatio Dominicæ quartæ Ieiunij. 272
Lectio feriæ tertiæ ſeptimanæ quartæ Ieiunij. 324
Media Quadrageſima. 174
Matutinis mediæ Quadrageſimæ. 398
Feria ſexta IIII. hebdomadæ Quadrageſimæ. 268
Sabbatho quartæ hebdomadæ Quadrageſimæ. 152
Veſpere Dominicam quintam Ieiunij præcedente. 282
Matutinis Dominicæ quintæ Ieiunij. 284
Iiſdem. 260
Ad Oblationem Dominicæ V. Ieiunij. 274
Veſpere feriam III. hebdomadæ quintæ Ieiunij præced. 406
Matutinis feriæ III. ſeptimanæ quintæ Ieiunij. 264
Feria quarta hebdomadæ quintæ Ieiunij. 414
Matutinis feriæ IIII. hebdomadæ V. Ieiunij. 422
Lectio feriæ V. hebdomadæ V. Ieiunij. 98
Matutinis feriæ V. hebdomadæ V. Ieiunij. 262
Die quinta ſeptimanæ V. Ieiunij. 262
Veſpere feriam VI. ſeptimanæ V. Ieiunij præcedente. 256
Feria VI. ſeptimanæ V. Ieiunij. 39
Lectio, veſpere Sabbathum V. Ieiunij præcedente. 320
Matutinis diei Sabbathi hebdomadæ quintæ Ieiunij. 428
Ad Oblationem Sabbathi V. Ieiunij. 94
Veſpere Dominicam Ieiunij ſextam præcedente. 300
Matutinis Dominicæ ſextæ Ieiunij. 436
Ad Oblationem Dominicæ ſextæ Ieiunij. 196
Die tertia hebdomadæ ſextæ Ieiunij. 306
Feria quarta hebdomadæ ſextæ Ieiunij. 308
Feria quinta hebdomadæ ſextæ Ieiunij. 346
Oblatio Quadrageſimi diei. 446
Matutinis Suſcitationis Lazari. 452
Ad Oblationem Sabbathi ſuſcitationis Lazari. 394
Veſpere Dominicam Hoſchanæ præcedente. 96
Matutinis Dominicæ Hoſchanæ. 198
Dominica Hoſchanæ. 350
Eadem. 454
Ad Veſperas II. feria hebd. Paſſionis. 352
Miniſterium primum noctis ſecundæ Paſſionis. 104
Surrectio ſecunda noctis ſecundæ Paſſionis. 100
Surrectio tertia noctis ſecundæ Paſſionis. Item de mulieribus ſanctis. 118
~~Matutinis feriæ II hebdomadæ Paſſionis.~~ 456
Veſpere feriam tertiam Paſſionis præcedente. 104
Surrectione prima noctis tertiæ Paſſionis. 108
Miniſterium II. noctis III. Paſſionis, & de S. Steph. 110
Matutinis feriæ tertiæ Paſſionis. 106
Matutinis feriæ quartæ Paſſionis. 450
Matutinis feriæ quartæ, ſeptimanæ Paſſionis. 420
Die quinta Secretorum. 124
Die quinta Secretorum, & in conſecratione Chriſmatis. 124
Ad tertiam horam feriæ quintæ Secretorum. 276
Lectio in conſecratione Chriſmatis. 215
Lectio ad Lotionem ſecretam. 458
Veſpere feriam ſextam Crucifixionis præcedente. 362
Nocte feriæ VI. Crucifixionis. 478
Lectio noctis feriæ VI. Crucifixionis. 366
Nocte Crucifixionis. 216

Lectio Matutina feria VI. Crucifixionis. 222

Matutinus feria ſexta Crucifixionis. 482

Matutinis feria ſexta Paſsionis. 132

Lectio matutina feriæ VI. Crucifixionis. 366

Ad tertiam horam. 224

Ad eandem. 484

Lectio ad tertiam horam. 136

Ad eandem. 374

Meridie. 224

Meridie. 374

Ad ſextam horam. 486

Ad eandem. 136

Ad nonam horam. 138

Ad eandem. 488

Ad eandem. 226

Ad nonam horam feriæ ſextæ Crucifixionis. 376

Veſpere Sabbathum Annuntiationis præcedente. 138

Iterum. 490

Matutinis Sabbathi. 226

Crepuſculo Sabbathi Annuntiationis. 376

Matutinis Sabbathi Annuntiationis. 140

Veſpere, vnam Sabbathi, hoc eſt, diem Dominicam Reſurrectionis præcedente. 140

Lectio matutina Dominicæ Reſurrectionis. 490

oblatio Dominicæ Reſurrectionis. 228

Feria ſecunda ſeptimanæ Candidatorum. 380

Feria tertia ſeptimanæ Candidatorum. 180

Feria quarta ſeptimanæ Candidatorum. 296

Lectio diei quartæ Candidatorum. 432

Feria quinta ſeptimanæ Candidatorum. 36

Sabbatho Candidatorum. 160

Lectio matutina Dominicæ Nouæ. 494

Commemoratione Thomæ Apoſtoli, & Philippi. 478

Lectio matutina Dominicæ Nouæ. 494

Ad oblationem Dominicæ Nouæ. 496

Septimana Dominicæ II. poſt Reſurrectionem. 258

Veſpere Dominicam II. poſt Reſurrectionem præcedente. 66

Veſpere Dominicam III. poſt Reſurrect. præcedente. 472

Matutinis Dominicæ III. poſt Reſurrectionem. 150

Veſpere Dominicam V. poſt Reſurrectionem præcedente; & de Apoſtolis. 288

Matutinis Dominicæ V. poſt Reſurrectionem. 462

Veſpere Dominicam VI. poſt Reſurrectionem præced. 294

Matutinis Dominicæ VI. poſt Reſurrectionem, & in conſecratione Sacerdotum. 474

Aſcenſione Domini noſtri. 382

Ad Oblationem Aſcenſionis. 230

Veſpere Dominicam Pentecoſtes præcedente. 466

Nocte Genuflexionis Pentecoſtes. 400

Matutinis Dominicæ Pentecoſtes. 468

Ad Oblationem Pentecoſtes. 472

Dominica poſt Pentecoſten. 68

Dominica II. poſt Pentecoſten. 76

Dominica III. poſt Pentecoſten. 82

Dominica IIII. poſt Pentecoſten. 84

Dominica V. poſt Pentecoſten. 92

Dominica VI. poſt Pentecoſten. 154

Dominica VII. poſt Pentecoſten. 168

Dominica octaua poſt Pentecoſten. 188

Petri Apoſtoli. 194

Matutinis feſti Petri Apoſtoli. 90

Lectio feſto Pauli Apoſtoli. 90

Feſto Apoſtolorum. 290

Commemoratione Apoſtolorum Sanctorum. 74

Commemoratione Apoſtolorum Sanctorum. 38

Veſpere feſtum Tabernaculorum, Transfigurationis Domini, præcedente. 78

Matutinis feſti Tabernaculorum. 292

Oblatio feſti Tabernaculorum. 184

Veſpere commemorat. Genitricis Dei præcedente. 54

Matutinis commemorat. Genitricis Dei. 156

Lectio feſti Genitricis Dei. 36

Commemoratione Genitricis Dei Mariæ. 282

Veſpere feſtum Crucis præcedente. 112

Matutinis feſti Crucis. 208

Ad Oblationem feſti Crucis. 358

Veſpere Dominicam poſt feſtum Crucis præcedente. 362

Matutinis Dominicæ poſt feſtum Crucis. 86

Lectio Dominicæ ſecundæ poſt feſtum Crucis. 318

Dominica tertia poſt feſtum Crucis. 476

Lectio Martyrum. 184

De Martyribus Sanctis. 42

Lectio in commemoratione Martyrum. 310

Lectio in commemoratione Piorum & Martyrum. 322

Lectio de Epiſcopis. 314

De Apoſtolis & Patribus. 14

De Apoſtolis & Martyribus. 266

Lectio in commemoratione Doctorum Eccleſiæ. 426

Lectio in commemoratione Monachorum. 326

Lectio de Pijs & Iuſtis, & feria ſexta Candidatorum. 120

Lectio de Abba Antonio & ſimilium eius. 344

In Commemoratione Abbæ Antonij & ſociorum eius. 88

Commemoratione Iohannis Euangeliſtæ. 500

Lectio in commemoratione Mulierum ſanctarum. 302

Lectio Mulierum vita excedentium. 356

Benedictione Sponſi & Sponſæ. 192

Oblatio omnium dierum. 66

Oblatio omnium dierum. 72

Oblatio omnium dierum. 180

Oblatio omnium dierum. 418

Ad Oblationem omnium dierum. 288

Ad Oblationem omnium dierum. 416

Ad Oblationem omnium dierum. 172

Lectio omnium dierum in vniuerſum. 174

Finiunt Lectiones Dominicales & Feſtiuæ quatuor Euangeliſtarum ſecundum ordinem conuerſionis totius anni.

ALTERA TABVLA LECTIONVM DOMINICALIVM ET Feſtiuarum, quæ inueniuntur in Paulo Apoſtolo ſecundum ordinem conuerſionis totius anni.

Natali Chriſti, & dedicatione Eccleſiæ & Altaris. 456

Annuntiatione Zachariæ. 190

Annuntiatione Genitricis Dei. 322

Natiuitate Iohannis. 326

Veſpere & Matutinis Natalis Domini noſtri. 438

Oblatio Natalis. 324

Genitricis Dei .s. Feſto. 442

Genitricis Dei. 452

Occiſione puerorum. 472

Circumciſione Domini noſtri. 328

Baptiſmatis .s. Chriſti Feſto, & Dominica poſt Epiph. 432

Baptiſmatis. s. Chriſti Feſto. 334

Eodem. 466

Nocte Benedictionis Aquæ. 466

Dominica ſecunda poſt Epiphaniam. 404

Dominica tertia poſt Epiphaniam. 284

Oblatio infra Epiphaniæ .s. Feſta. 242

Baptiſmatis .s. Chriſti Feſto. 388

Dominica quarta poſt Epiphaniam. 276

Crepuſculo infra Epiphaniam. 394

Dominica quinta poſt Epiphaniam. 270

Dominica ſexta poſt Epiphaniam. 296

Dominica ſeptima poſt Epiphaniam. 349

Rogationum triduo. 404

Quando Deus eſt iratus. 466

Præſentatione Domini noſtri ad Templum, & de Prophetis & Apoſtolis. 192

Defunctorum Lectio. 268

Eorundem. 390

Eorundem. 286

Dominica Introitus Ieiunij, & Rogationum triduo. 288

Matutinis Dominicæ Introitus Ieiunij. 204

Feria ſecunda primæ ſeptimanæ Ieiunij. 200

Feria tertia primæ ſeptimanæ Ieiunij. 208

Die Mercurij prima Ieiunij. 234

Die Iouis prima Ieiunij. 232

Die Veneris prima Ieiunij. 290

Die Sabbathi ſeptimanæ Ieiunij prima. 276

Die Veneris ſecunda Ieiunij. 160

Dominica ſecunda Ieiunij. 210

Die Veneris ſecunda Ieiunij. 164

Dominica tertia Ieiunij. 328

Feria ſecunda Dominicæ quartæ Ieiunij. 302

Feria tertia Dominicæ quartæ Ieiunij. 272

Feria quinta Dominicæ quartæ Ieiunij. 278

Dominica quarta Ieiunij. 392

Feria ſexta medij Ieiunij. 310

Feria ſexta medij Ieiunij. 310

Dominica quinta Ieiunij. 414

Feria ſexta Dominicæ quintæ Ieiunij. 400

Feria ſecunda Dominicæ ſextæ Ieiunij. 178

Feria tertia Dominicæ ſextæ Ieiunij. 186

Ad Oblationem quadrageſimæ diei. 466

Dominica ſexta Ieiunij. 300

Dominica Hoſchanæ. 198

Matutinis feriæ ſecundæ Paßionis, & de Patribus. 468

Nocte feriæ ſecundæ Paßionis. 450

Die tertia Paßionis. 180

Lectio feriæ tertiæ Paßionis. 196

Crepuſculo feriæ quartæ Paßionis. 358

Feria quarta Requiei vel Incenſi. 374

Matutinis feriæ quartæ Paßionis. 332

Crepuſculo feriæ quintæ Secretorum. 468

Feria quinta Requiei vel Incenſi. 336

Matutinis feriæ quintæ Secretorum. 256

Conſecratione Chriſmatis. 280

Ad Lotionem ſecretam. 258

Oblatio feriæ quintæ Secretorum. 252

Feria ſexta Requiei vel Incenſi. 344

Feria ſexta Crucifixionis. 218

Surrectione prima noctis feriæ ſextæ Crucifixion. 440

Surrectione ſecunda noctis feriæ ſextæ Crucifixionis. 448

Surrectione tertia eiuſdem noctis. 460

Meridie feriæ ſextæ Crucifixionis. 372

Hora nona feriæ ſextæ Crucifixionis; & de Sacerdotib. 480

Crepuſculo Sabbathi Annuntiationis. 384

Matutinis Sabbathi Annuntiationis. 276

Crepuſculo Dominicæ magnæ Reſurrectionis. 184

Matutinis Reſurrectionis. 264

Ad Oblationem Reſurrectionis. 266

Lectio feriæ ſecundæ Candidatorum. 174

Die tertia Candidatorum. 454

Sabbatho Candidatorum. 444

Dominica Noua. 288

Eadem. 344

Poſt Reſurrectionem. 334

Dominica poſt Reſurrectionem. 230

Dominica tertia poſt Reſurrectionem. 464

Dominica quarta poſt Reſurrectionem. 368

Die quinta poſt Reſurrectionem. 370

Eadem. 408

Eadem. 338

Dominica quinta poſt Reſurrectionem 414

Aſcenſione Domini noſtri. 342

Dominica Pentecoſtes. 254

Poſitione genuum. 262

Dominica prima poſt Pentecoſten. 222

Infra Pentecoſten. 194

Dominica ſecunda poſt Pentecoſten. 224

Dominica tertia poſt Pentecoſten. 226

Dominica quarta poſt Pentecoſten. 226

Dominica quinta poſt Pentecoſten. 228

Dominica ſexta poſt Pentecoſten. 232

Dominica ſeptima poſt Pentecoſten. 264

Petri & Pauli Feſto. 354

Commemoratione Pauli. 304

Apoſtolorum feſto. 256

Applauſus Crucis s. Feſto. 340
Adoratione Crucis. 320
De Patribus. 316
Commemoratione Antonij & eius ſimilium. 242
De Prophetis, Apoſtolis, & Patribus. 464
De mulieribus ſanctis. 212
De Baſilio & eius ſimilibus. 282
De Gregorio. 426
De Martyribus ſanctis. s. Fœminis. 256
De Petro Alexandrino. 420
Lectio peregrinorum. 192
De Martyribus. 284
Commemoratione Ignatij & eius ſimilium. 416
Quando ordinatur Sacerdos. 428
De tonſione Monachorum. 350
Sancti Seueri Feſto. 424
Trecentorum & XVIII. Patrum, & Regum fidelium Commemoratione. 478
In obitu Epiſcoporum. 424
De Stephano. 315
